



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Oraculum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

M.  
ia ad  
ta ad  
e Con-  
nis &  
con-  
noue-  
t Sa-  
s Or-  
iudi-  
non  
orum  
r di-  
ad-  
s ex-  
nodò  
plex:  
non  
odem  
iosi,  
Or-  
ene-  
pos-  
con-  
ntes,  
ubio  
gant

ORACULVM.

ligant etiam regulares, nisi per pri-  
uilegia eximantur, ut de facto in  
plerisque exempti sunt. art. 8.

329

Hæc tamen censura suspensionis  
præsumptionem requirit: vnde non  
comprehendit bona fide proceden-  
tes. art. 11.

Olim poterat quilibet Episcopus  
iuxta concessionē Sixti IV. & Leonis  
X. in Ecclesiis, & personis Fratrum  
Minorum omnes actus Episcopales  
exercere absque licentia Ordinarij  
loci seu territorij, sed hoc reuocauit  
*Conc. Trid. tom. 3. q. 24. art. 2.*

Prælati Regularium in suis dimis-  
soriis, quas suis subditis concedunt,  
nequeunt dispensare super intersti-  
tiis; sed humiliter dominum Epis-  
copum rogare debent; ut id faciat  
non expressa tamen causa dispensa-  
tionis, quod sanè deberet satis esse  
dominis Episcopis. art. 3.

Qui tamen ex nulla causa dispen-  
sare possunt, ut duo sacri Ordines  
eodem die recipiantur. art. 5.

ORACULVM.

ORaculum viuæ vocis tantum  
valet, quantum Bulla, saltem  
X. 5 quæad

330 ORNAMENTA.

quoad forum conscientiæ; vnde *Le*  
*X.* concessit de nouo, & declarauit  
omnes Fratres securè vti posse viuæ  
vocis oraculis passim contentis in  
libris Ordinis. *to. 3. q. 22. art. 1. & 2.*

Nisi tamen Prouincialis cum Ca-  
pitulo iudicauerit ab illis abstinen-  
dum: in hoc enim casu censerentur  
authoritate Apostolica reuocata, &  
suspensa. *art. 3.*

ORNAMENTA.

**N**on licet Fratribus Minoribus  
procurare ornamenta pretiosa,  
nec vtenſilia, aut ædificia sumptuo-  
ſa, quamvis iuxta priuilegia, & de-  
clarationem *Leon. X.* possint iam re-  
ceptis vti, aut à ſpontaneè offeren-  
tibus cum affensu Capituli Prouin-  
cialis, ſecundūm confeſſionem *Six-  
ti I V.* de nouo acceptare, quando-  
quidem non ſint illorum domini, ſed  
tantum custodes. *to. 3. q. 25. a. 1.*

Item conceditur ipſis, vt illicite  
& culpabiliter procuratis utantur  
in posterū: licet enim procuratio ſit  
illicita, uſus tamen eſt licitus. *art. 2.*

P A R O C H V S.

**Q**uodcumque in priuilegiis  
dicitur, Salvo ſemper *int*  
*TAN*